UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti Ethicorum

Melanchthon, Philipp

Witebergae, 1583

VD16 ZV 20638

Quid est Philosophia moralis?

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-56560

Visual Library

monet, vt quæramus, vndè ſit hæc infirmitas, & quæ remedia DEVS oſtendat. Cum autem de hac cauſſa infirmitatis, & de remedijs, nihil dicat Philoſophia, agnoſcimus alia quadam doctrina ſupra Philoſophiam opus eſſe, ſcilicet voce promiſsionum, ſeu Euangelio. Ac valdè opus eſt habere in conſpectu diſcrimen Euangelij & Philoſophiæ, de quo & hic dicemus, & ſæpè aliàs dicere neceſſe eſt. in 3 capite

Hæc autem dixi initio, vt hæc doctrina magis ametur, & diligentius conſideretur, cum cogitabimus, eam & diuinum lumen eſſe, & commonefactionem, & teſtimonium de Deo.

Quid eſt Philoſophia moralis?

Eſt explicatio Legis naturæ, demonſtrationes ordine in artibus vſitato colligens, quantum ratio iudicare poteſt, quarum concluſiones ſunt definitiones virtutum, ſeu præcepta de regenda diſciplina in omnibus hominibus, congruentia cum Decalogo, quatenus de externa diſciplina concionatur.

Pugnat ne Philoſophia moralis cum doctrina, quam Deus Eccleſiæ tradidit?